



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 58. Suecorum Belliducum molimina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.
A. C. 1632.
 riebatur, attamen vetante Rege cum
 sua simia, quam in Monachorum con-
 temptum Capuccini habitu vestitam
 circumducebat, Biberachi permanere
 cogeatur: accepta autem Mariti mor-
 te suam in Suecia Regiam repetens a
 Regni curis, imo & Christinæ Filie
 suæ, percelebris illæ Viraginis in-
 stitute excludebatur.

§. LVIII.

Suecorum Belliducum molimina.

Lotich. rer.
Germ. l. 54.
cap. 3.
Annal. Boic.
l. 17. part. 3.
 Cum interea ad Luzam pugnatur, Gu-
 stavus Hornius Alsatiam & supe-
 riorem Rheni tractum armis suis sub-
 egerat, ac continuato victoriæ cursu
 Benfeldiam, Moltzheimium, Sales-
 stadium, & Haganoam deditioe ce-
 pit, Colmarienses vero, ut se in pri-
 stinam sectæ suæ libertatem reponerent,
 conjuratione facta Cæsareum Urbis Gu-
 bernatorem, ejusque cohortes armis
 exuerunt, iisque partim captis, par-
 tim trucidatis ultro Suecos in urbem
 admifere: Pariter Fridburgo, Fran-
 chentalio aliisque hujus regionis urbi-
 bus Sueci potiti sunt. Jam antea Gui-
 lielmus Baudisius ad inferiorem Rheni-
 oram excurrrens, in Ducatum Montem-
 sem perrupit, ac Blankeroga, Win-
 decca & Lintfio ultro deditis, Ander-
 nacum

nacum vi expugnavit: inde vero Co-^{Sæc. XVII.}
 loniam versus movens, Tuitium, va-^{A. C. 1632.}
 lidum aliunde munimentum die vigesi-
 ma prima Decembris invasit, valloque
 superato præfidiarios in Monasterium,
 eique adjacens Templum repulit: ubi
 vero ex omnibus ad Rhenum propugna-
 culis, turribusque densa globorum tem-
 pestas effundi cæperat, Baudisius re-
 ceptui canere jussit, desideratisque suo-
 rum pluribus Siburgum se recepit.

Ad hunc quoque annum spectant
 victoriæ Joannis de Werth, qui ex Gre-
 gario milite in celeberrimum Cæsareo-
 Bavarici exercitus Belliducem evase-
 rat. Hic adulto Autumno Suecias co-
 pias, quæ sese a Danubio ad Rhenum
 receperant, tanta clade affecerat, ut
 nonnisi octo Equites mortem evaderent.
 Pariter Mense Novembri Hohenloen-
 sem Comitem ab obsidione Herriedensi
 depulsum luculenta frage confecit, ac
 die decima sexta Decembris ibidem
 Suecum Equitatum adorsus, cæsis,
 captisque quam plurimis, ac decem
 vexillis militaribus ereptis, cum ma-
 gna jumentorum præda, binisque belli
 tormentis in castra victor reversus est.
 Nec his victoriarum auspiciis fatiatus,
 sex Equitum Suecorum peditumque co-
 hortibus Norimberga Onolspachium mo-
 ventes cum suis in insidiis latens ob-
 ruit,

Sæc. XVII. ruit, fusisque quamplurimis ceteras in
 A. C. 1632. fugam egit, ac fugitivos strenue infe-
 cutus, tres legiones, unamque equi-
 tum turmam in deditionem coegit.

§. LIX.

*Novæ Turbæ per Gastonem Aurelianensem Regis Fratrem in Gal-
 liis excitatæ.*

Calmet Hist. Univ. l. 51. §. 146. Lotich. rcr. Germ. l. 5. cap. 3. Theatr. Europ. ad hunc ann. Infaustus Aryamensis prælii successus Gastonem Aureliæ Ducem ad tam compulsit necessitatem, ut missam ad Ludovicum XIII. Regem fratrem suum Legato pacem exorare cogereetur. Tergiversabatur aliquamdiu Rex, Sabaudi tamen Oratoris, necnon Apostolicorum Nuntiorum precibus expugnatus, respondit, se ad reconciliationem cum Matre ac Fratre suo esse propensum, dummodo ambo ad Aulam redirent, nec pro ceteris rebellibus deprecarentur, eoquod hi fratrem seducendo, & seditionem in Regem suum citando venia haud digni essent. Percepto hoc responso Aurelianensis relictus sui condiciones has proposuit: Rex Fratri, Matrique Reginae data venia regiones antea possessas, necnon loca quædam securitatis gratia traderet, & Montmorantio, ceterisque Proceribus in Aureliani partes pertractis vitam veniam